


Ernestus

Hoffmannia Adelgunda.

Hymenaeus Generosi Domini Ioannis Ernesti Schmieden Iuventutis Gedanae Principis et Nobiliss. Virginis Adelg. Hoffmanniae



HYMENÆUS

GENEROSI DOMINI

JOANNIS ERNESTI SCHMIEDEN,

JUVENTUTIS GEDANÆ

PRINCIPIS,

ET

NOBILISSIMÆ VIRGINIS

ADELGUNDÆ HOFFMANNIÆ.



Dav: Fri: Rhet. Inv: F. Allen fecit

DANTISCI, TYPIS VIDUÆ GEORGII RHETII,
Imprimebat David Fridericus Rhetius Anno 1655.

VOTIVA TABULA,

In templo M E M O R I Æ,
ad obſervantiæ aram,
nuptiis ſecundis
NOBILISSIMI JUVENIS,

Dn. JOHANNIS ERNESTI SCHMIEDEN,

MAGNIFICI DN. PRÆCOS. URB: GEDANENS:
ET VENATIONUM NERINGENSIUM PRÆ-
FECTI REGII, &c.
Patris, Filii congeneris, & præclariſſimæ expectationis,
juxtimq;
NOBILISSIMÆ ET LECTISSIMÆ VIRGINIS

ADELGUNDÆ HOFFMANNIÆ,

SACRA

JOHANNIS BOTSACCI, D.

ad D. MARIÆ ædem. Paſtor. GEDAN.

atitu apud s.aut.



Ratia, quam *triplici* (*Gedanenſis adorea pubis*
JAN' ERNESTE, decus Charitum, Latiæq; Camænæ,
Vivida ſpes Patris;) ſeu triſtia fata jugalem
Turbâſſent thalamum, patriæ ſeu nobilis Ordo,
Me Patrum, ad primi, promôrant culmina, templi,
Pulvere de Scholico, DOMINOq; vocante, trementem:
Et nuper Sophies pandentem, ad limina, callem,
Oſcine promeritus; projecta reſumere plectra,
Mentem agitat, quamvis crepera approperante ſenectâ
Et venâ ſtridente; caput licèt exſerat illa
Signa ferens Bellona: & ſignis territat omnem
Terram, (quà Boreas, glacialia fœdera pangit
Et † per Pruſſiacas, Taratantara triſtia, valles.)

bes. L. n voc. . רוע

Attamen innubili reſplendet Phosphorus axe,
Ære ciet lætos, hymenæia feſta, * triumphos:
(Non ſecus, ac quondam Hilkiadæ tuba ſancta jugales
Suadebat thalamos, atq; inter vincula tædas.)

erem.

Dius amor, ſuperùm cæleſtibus ignibus ortus,
Feſtivas ceras quatit, & radiantis Olympi
Altus honor facit, ut tacitis præcordia fibris

Exsiliant & vota ferant, lectis Neonymphis!
Pars Charitum flores spargit, pars carmina dicit
* Terent. Plaut. Ipsus * & æther ovat, summi laquearia tecti:
Et conjurati, spirant ad gaudia, *venti:*
Reddere pars reducem sponsum: & pars altera, amoris
Temperat optato concepta incendia flatu;
Parsq; globos arcet, pyrio, sed, pulvere factos;
(Flammigeram puto turbam, quam Jessæia vatis
† Ps.104. Musa canit, † donum venerabile Cunctipotentis)
Ne turbent vestras, & dulcia gaudia, mentes;
Vulcaniæq; artes cessent per inane volare,
Ætherii tractûs, superûm flammantia tecta.

Quis vetet & socias tot plausibus addere mentes?
Et genium recreare suum, dum festa videmus
* Ephes.5, 25. Mystica * densatis celebrari ex ordine turbis,
Virginei cætûs? Cernis? SACER ille SENATUS
Maxima pars, in grande decus, glomeratur in unum,
Vota pari dicens, Neonymphων, prospera lecto.
Atq; brevi, positis, queis turget curia, curis,
Tempore, gratantes, aris imponit honores.
† Cic. Horat. Plinius. Aris, non lapide effictis, quas, arte Lysippus †
Sclupsit, & ex vivo deduxit marmore vultus:
* Psal.29. Sed quas JOVA pater finxit; *penetralia cordis* *

† Apoc.8. Inde precum flammæ, † votorum industrius ardor:
* Rom.8. Spiritus intûs agit; * vis hæc infusa JEHOVÆ
† Ioh.16. Sacratas agitat mentes: thus nomine JESU, †
* Iacob.4. Ætherias superat arces, * sparsumq;, corusco
† 1.Reg.8. Fornice deducit gratam, sine murmure, flammam †

Occiduas alius Gazas rimetur & auri
Flaventis venetur opes: Tibi suscitat ignes,
ADELGUNDA sacros, casto de flamine natos.
Sponse decus juvenum, florentibus integer annis:
Non miror! cæli est jussus, stata fata JEHOVÆ
* C.Steph. in dict. Et flammæ: mirata viri, Tarpeiâ * Sedes

Confi-

17. Aurea, quem triplici cingunt diademata + ferto
n. Non quasſiſſe animum juvenis, nec pocula Loti *
17. Quæ ſepticollis + libavit Roma: nec illa
Gallia delitiis dulcisſima, quæ dedit illi:
pius in (Heic, heic frugiferos quà lambit Sequana, ſulcos,
mõ Quà Liguris fluit, & Rhodanus, rapidusq; Garumna *
l. Arva ſecat, leni, quà labitur agmine Tybris. +
Quò Rhenus luit & Schaldis prædivitis æſtûs,)
A patriæ nymphis non avertiſſe calores.

Inde tibi contingit honos, *peramata virago*,
err. Mente Sais, * formà Rachel, pia Portia * mente
ilos. Caſta Rebecca animó, multorum magna procorum
Spes olim. Sed flos tibi, ſancto, nobilis ille,
SCHMIEDENI, communis amor, patriæq; patrisq;,
Conſilio ſervatus erat, regnantis JOVÆ
Pectora, qui calidis *ſolus* conjungit habenis.

Addicat hanc nympham *Genitor*, qui *ſplendida tractat*
Jura ſoli patrii, vigiliq; indagine mentis
Res GEDANAS curis, meritisq;, illuſtribus ornat.
Integer & nullo pectus revocabilis auro.
Hunc & ab exequiis (tardis precor!) aurea longum
Fama, ferent, pennis & carminis alite vates.
Cujus & eximium nomen, Te ſoſpite, *Sponſe*
Vivet, & inſcriptos, cælo, memorabit honores.

Abnuat an ſocrus BOBBERTIA? quin mage natam
Connubio cedit ſtabili, propriamq; dicavit:
(Quam formæ decus eximium, lunataq; circum
Umbra ſupercilii, caſtæ frontisq; venuſtas
Pingit, & ante alias decorat, longo agmine, nymphas,
Longos, ut tecum ſuperis plaudentibus annos
Exigat, & lætà faciat Te prole parentem,
SCHMIEDENI Juvenum flos, noſtri portio cordis!

Ergo veniſti, nympha expectata, potentis

Conſi-

Consilio devota DEI, quæ lenis ocellos,
Figis in *hunc*, solidoq; moram deposcis amori,
Mutuaq; æternæ spondes *incendia flammæ.*
Sponsus adest, cordis pars, quem Tu frontis honore
Suscipe, felici meditataq; basia confer
Luce, Tibi æternæ spondenti *incendia flammæ*
Ergo matris Amor, fratris simul una voluptas,
HOFFMANNI crescentis, amor; sis læta, secundis
Ingredere auspiciis, casto satiata calore!
Quò te Fata vocant; felix Dictynna *, pioq;
Colla jugo subdens, gaudens te subdere peplo†
Ne cunctere sacro: dexter tibi fulget JOVA
Dexter amor, facibus fulgentibus omnia lustrat,
Præradiant facibus, juvenumq; senumq; cohortes.

** Nympha cretensis, vetium venator: inventrix. Diod. Sic.*
† Chrysost.

Jam, Virgo, quæ summa mei sit vota precantis,
Et quæ vota ferat, tibi circumfusa juventus,
Dedita, quæ studiis tibi, gaudet; terra polusq;,
Percipe, nec vanâ fac, credulitate tumere
Credas, vota, preces, concredita vota, *sequestro**
Quò nemo major; felicia texito bella,
Quæ sanctus concedit amor, cælestibus ortus
Sedibus, & niveas ad prælia jungito dextras;
Qualia primævæ matrisq; patrisq; fuere.
Sacra manu Domini, qui primus jungere dextras†
Jussit, & haud viduos laudari jussit amores.*

** Tertullian.*
† Gen. 2.
** d. l.*

Præclarus compensat honor, juvenilis amoris
Illatum spolium, castum zonæq; solutæ
Discrimen, largè pensum, discrimine nullo
Sponsus adest: fit una* caro, fit pectus & unum,
Et pariles coeunt, ad amicæ incendia flammæ,
Quæ dius compensat honos: CONNUBIA SACRA
RITE PLACENT SUPERIS, SOBOLIS DULCI-
QUE PROPAGO!

** Genes. 2. Ephes. 5.*
** Hebr. 13.*

Pergimus hinc pariter, votisq; calentibus aras
Imbuimus, thuris gratos adolemus honores,
EUSEBIE, DICEq; simul cumulant pia vota.
Ergo sic niveos longum pertexite ludos
Altus HONOS pia tecta colat, CONCORDIA nutrix
Ambiat egregii tentoria candida lecti!
Ipsa thorum sternat genialis GRATIA; cælo
PAX exorta, DEI munus, quæ sola triumphis
Lætior innumeris, FORA, COMPITA, TECTA; CHORUMQVE
Auriferis cingat, stellis pugnantibus, alis.
Rideat & cælum; grex aligerumq; Parentes
Stirpibus exorti claris: *SCHMIDENIA Gentis*
GLORIA præclaræ; turtur BOBBERTIA mater,
Soletur viduos luctus & fata mariti:
Surculus hic generis superest, insertus amori
Præclari Juvenis, quem publica commoda poscent,
Victurum spes, vota, preces, & quos pia cura
Occupat electi paris, in JOVÆ INCREMENTUM!
Et patriæ laudes, heic, quà se VISTULA dives
BALTHIACIS miscet lymphis & gloria GDANI
Lucret. Prima cluet: * *Sit tarda dies, quæ gaudia solvat*
Floriferæq; bonum PACIS. TU MURMURA PONTI
DISIICE, *REX SUPERUM, REX REGUM*, FLECTERE CORDA
PRIDEM DOCTE GREGUM, QVI MARTIA SIGNA SEQVUNTUR,
QVOSQVE JUVAT LITUI SONUS IMPIGER: *IPSE* CRVENTAS
IN FALCES EXCUDE HASTAS, UT NOMINIS ALMI
INNUMERABILIBVS CLARESCAT, GLORIA, SECLIS!


IN

NOMINA MAGNA
MAGNIFICI, GENEROSI
DNI. NATHANAELIS SCHMIEDE
PRÆ-CONSULIS, PRÆSIDIS BELLICI, NEC NON SAC: RE
MAJES: SUPREMI VENATIONUM PER INSULAM
NERINGIANAM PRÆFECT-I, &c.
DNI: SPONSI PARENTIS.
NOBILISSIMI, DOMINI
JOANNIS ERNESTI SCHMIEDEN
SPONSI HONORATISSIMI,
NOBILISSIMÆ PUDICISSIMÆQ;
VIRGINIS
ADELGUNDÆ HOFFMANNIÆ
SPONSÆ FLORENTISSIMÆ.

utture JOHANNES, ERNESTUS Req; fideq;,
Qværit *ADELGUNDAM* Nomine Spe
Parem.
Caſtalidum gremio *Sponſum* ſibi *fovit* Apollo,
Mercurius *Sponſæ* fulgida dona *vovet.*
Ecqvid *cudetur?* *Speres modo,* fœdera *MAGNI*
Fauſta *fabrefecit* provida cura *PATRIS.*
Arsq; Themisq; Charisq; fidesq; genusq; decusq;
Res Subolesq; novo glutine juncta micent.
Qvàm bene! bella virago *virum, qvem ſperat,* habebit,
Et *SCHMIDEN cudi* talia vincla jubet.
Fabrica pulchra! novo torqves velut enitet auro
Aureus articulis, ſint nova pacta thori!
Multa *dedit Dominus,* nova *dat* connubia Nymphis,
Floriferoq; thoro germina multa *dabit.*
Paxq; Salusq; foroq; thoroq; vireq; vigeq;.
Et Sponſo & Sponſæ mente manuq; precor.

A

AD MAGNIFICUM
DNUM PRÆCONSULEM ET VICE-PRÆSIDEM
DNI. SPONSI PARENTEM.

Loria Pieriæ Gentis, Fax Magna Senatûs
Magnifici, Gedanum rutilis qvi flectis habenis
SCHMIEDEN. Lætificis saliant præcordia fibris
Jam tua, dulciloqvis fas est erumpere verbis
Gaudia, thyrsigeri Bromii ceu fervida musta
Murmure conturbant tumido spumantia vasa.
Vitisator teneris qvi qvondam intexuit ulmos
Vitibus aëreas, durâ jam calce liqvorem
Expressum condens doliis turgentibus, æqvo
Vinosos Cyathos sorbillat jure, decusq;
Qvi pulchro arboreum posuit qvincunce, latrantem
Exaturat pomis stomachum de stirpe revulsis.
Blandula cur vestras hodie non gaudia mentes
Explebunt? *Stirpis Schmiedenæ nobile germen*
Fructibus omnigenæ plenum virtutis & artis
Dulciduis oculos pascit Matrisq; Patrisq;
Magne Pater, Magnam Subolem qvi fœdere læto
Optati jungis thalami, jam cerne paratas
Mille voluptates. *Tibi mollia tempora vernant,*
Qvêis glacialis hyems affligit tristia rura.
Lucifluis roseus radiis tua gemina Titan
Elicit; *Hinc Thalami vitem tibi pone novellam*
Sidere felici; Ceu colles pensilis ornat
Uva racemiferos: Sic crescat vinnula proles
Schmiedenæ Gentis! Sic multo palmite mensas
SPES *solata* VIRUM, *ceu vitis* amœna, coronet!

JOHANNES MAUKISCH,
SS. Theol. D. & P.P. Pastor SS. Trinitatis, Gymnasij Gedanensis Rector.

Jucunda

Jucunda mittit dextera;

Poëticas loqvelas

Floridis Sponsis bona gratulando,
qvas virides doceat sylvas resonabilis Echo.
Nuptiis

NOBILISSIMI SPONSI

DN. JOANNIS ERNESTI SCMIEDEN &c.

UT ET

SPONSÆ

NOBILISSIMÆ PUDICISSIMÆQ;

VIRGINIS

ADELGUNDÆ HOFFMANNIÆ

Die 2. Decembr. celebratis.

RAucisonâ de rupe cadens cur prosilis *Echo*?
E. Εκχῶ. Qvid *fundas*? E. *undas*. Aganippide fonte,
Si placeant, plenis verborum flumina votis
Proveniant. E. *Veniant*. Veneris formosa Puella
Sponso tradenda est *Noto*. E. *Noto*. Valle notemus
Frondosâ? Num sim Neonymphis carmine gratus
Perconteris? E. *eris*. Qvid sit qvod profero *Nomen*?
E. *Omen*. Sit felix! Sylvas *doceamus*? E. *eamus*.
Cypridis effigies est *Adelegunda*: E. *legunda*.
Cur altos gemitus protrudit Virgo *venusta*?
E. *usta*. Quis hanc ussit? Dic unde *cupido*? E. *Cupido*.
Quis det opem *medicam*? E. *dicam*. Num nubere *gaudet*?
E

E.*audet.* Num noſtri Præ-Conſulis aurea proles
Ignitum vulnus *placet?* E.*placet.* Ergo rogabo
Num votis æqvam tantis ferat iſta *Parentem?*
E.*Parentem.* Deus hæc ſanxit felicia *pacta.*
E.*acta.* Quod hic læto depromam gutture votum
Magnifico dignũ *Præconſule?* E.*Conſule.* Sponſis
Quid vult *donatum?* E.*natum.* Cui *FILIUS IS SIT*
Svavis? E. *Avis.* Aviæq; nimis *DILECTA PROPAGO.*
Euge quoto ſpatio ſuboles ſit pulchra *JOANNI?*
E.*Anni.* Luxerit hæc nova lætificans *ERNESTO.*
E. *eſto.* Num noſtro quid turbet gaudia *SCHMIDEN?*
E. μηδέν. Sic hilares tædis *accedimus.* E.*imus.*

AD NOBILISSIMUM
DOMINUM SPONSUM
JOCUS GAMICUS.

QUisq; ſuæ ſortis *faber* eſt, Doctisſime SCHMIEDEN,
Qvæ tibi *cudiſti* vincula firma geras.
Si dextram dextrâ *ferruminet*, oribus ora
Caſtus amor, Sponſo *fabrica* digna foret.
Mulciber haud Artis ſed Martis prodit amorem,
Illa capit licitum jure, qvod iſte rapit.

VOTIVÆ ACCLAMATIONES,

QUIBUS

SOLENNITATEM NUPTIARUM

GENEROSI DN.

JOANNIS ERNESTI SCHMIEDEN,

ET

NOBILISSIMÆ VIRGINIS

ADELGUNDAE HOFMANNIAE,

AD DIEM II. DECEMBR.

ANNO cIↄ.Iↄc.LV.

CELEBRRANDAM

PROSEQUITUR BIGA AMICORUM

IN

ACADEMIA GRYPHICA.




Ot mores hominum luſtraſſe tot Orbis & Urbes,
Amplecti ſociam ſed renuiſſe tori,
Gallica *ſeu Virgo, ſeu* Belgica, *ſive* Latina
Surgeret, ERNESTI, Vir Generoſe, *fuit.*
Nunc animare faces nunc gratia blanda JOANNIS
Junoni tandem ſubdere colla iubet.
Cum genitale ſolum cum mentem HOFMANNIA morum
ADELGUNDA potens Nobilitate *movet.*
Herculei lapidis polus alter pellere ferrum
Sic ſolet, ad ſeſe ſed rapit alter idem.
Degeneres animos, cuius vehit orbita Solem,
Arcitenens *telis terreat atq; minis.*
Te potis eſt Lunæ Martisq; *exſolvere curis*
Aſpectus felix, qui beat huncce diem.

Omi-

Omine nec dubio Calchas fulsura deinceps
Constanter Vobis Sidera fausta putat.
Hoc simul Illustris tua Virtus, Sponse, *meretur*;
Hoc etiam mecum Gryphica *nostra vovet.*

DANIEL LAGUS
S. Theol. in Acad.
Gryph. D.



S*Ublimes animae! Pater*
Heros, qvem toties munera regiae
Vladislaidos aulica
(fulgens vertice Burggrabia dignitas)
ornavere laboribus:
Jam tollit supera ad sidera praepetem
Scriptorumq; decus Patrum.
ò & praesidium, atq; adjuva tu meum!
Et tanti Suboles Patris,
Matris delitium Nobilis, extero,
immuni thalami diù

S

Surrentina dies fluxerat ut tibi,
vanae fastus Olympiae,
Pupae te fugiunt In-qve-nocentiae:
nobis intereaq; hiant
depugnata sacri saecula Marspitris,
nunc Soles geminos sibi
gaudent tota datos patria civitas,
plaudenti resonat tono
cum gannitibus & Sponsa jugalibus:
doctos Pieri fer modos,
Flammantes niteant aetheris ut globi;
sic testudoqve Cynthia
defectum mihi mox reddat ut Aona:
post denas Triviae faces
Et SMIDOS Gedani fabrificina
det.

Observantiæ caussa
admodulabatur

FRIDERICUS MONAVIUS,
JAC. FIL. WRATISL.
PROFESSOR REGIUS.

PLAUSUS

Cùm

Nobilissimus, *juxtimq;, quod rarius,* Doctissimus Juvenis

DN. JOHANNES ERNESTU[S] SCHMIEDEN,

Magni in hac Republ. Patris,
non minoris exspectationis Filius,
Fidem Conjugii
Præcipuæ ac Nobilissimæ Virgini

ADELGUNDÆ HOFMANNIANÆ,

sanctè stipularetur,

IN NUPTIIS

pleno Spiritu
animoq; faustissima quævis ominante,
datus
à

JOHANNE JACOBO CRAMERO,

PASTORE ÆDIS JOHANNITANÆ.

Cui felix hoc lætumq; cælitus accidit, quod ante Triginta duos annos Ejusdem perquam Nobilissimo Dn. Parenti, jam Præconsuli, similem, circa idem tempus anni prospero eventu excitare licuerit.



ANE ERNESTE, *mei Cordis par[s]*
altera, Magni
Spes Patris, Matris dulce refrige[-]
rium!

Hactenus assiduo versâsti pollice libros,
atq; ingens, quidvis nosse, cupido fuit:
Nec labor ingenium fregit, nec blanda volupta[s]
distinuit, semper mens erat in studiis.
Totus ab ungviculis virtutum accensus amor[e]
ex illo doctos tempore, Doctus, amas.
Lustrasti varias terras, Gentesq; politas,

Atq; ut ubiq; domi esses, hoc Te scire juvabat,
Cum quovis patrio more, vel ore loqui.
Grande sonans Tacitus, Te Se doctore putasset
fari; Sic calles & stylum & Historiam.
Hæc sunt florentis mira ornamenta Juventæ,
quot fausto nati sidere sunt aliis.
Istis instructum, duo sunt, quæ Te meliorem
majoremq; qveunt reddere in Orbe virum;
Nimirum Pietas & juncta Modestia, magnum
quàm rarum, mundo degenerante, decus!
Exanimis rerum jacet omniscientia, qvando,
vilior heu algâ! defuerit Pietas; (qvid
Si qvoq; sat nunqvam laudata Modestia: qvic-
Illud erat pretii, non nisi fumus erat.
Perdoctus Cæsar, cupiens præcellere in omni,
Pictor & ex solido marmore fictor erat,
Prætereaq; Geometra, Musicus atq; Pöeta,
& fortis miles, Virq; laboris amans
ÆLIUS, æmulus insipiens, arrodere quemvis
præstantem solitus, more, furore canum.
Imò etiam fato functis invidit, Homeri
tollere postquam Illi carmina cura fuit.
Præstat nil vidisse, nihil didicisse, superbè
quàm Totum inflari fætido amore Sui.
Oestro perpetuo Hi flagrant, Hi jurgia miscent,
Horum depascit viscera livor edax.

O hominum exitiale genus, quod ferre priorem
in ſtatione nequit, quod neq; ferre parem!
De meliore luto NUMEN finxiſſe videtur,
NUMEN, QUOD cuncti, fons & origo, Boni,
SPONSE, Tibi: Multis polles virtutibus, atq;
eximiis rari dotibus ingenij:
Attamen ornaris Pietate; Modeſtia reddit
Te gratum, affatu Comis & eſſe ſoles.
Maturè præbes Sortis manifeſta futuræ,
primo ex ætatis limine, ſigna Tuæ.
Eſto Tibi ſimilis ſemper, componito mentem:
ne mores ullo tempore mutet Honos!
Sed pes figendus, ſedes quærenda manendi:
Te mox attraxit Patria, dulce ſolum.
Et, Quibus es Satus, Hi, ne arvum coluiſſe dolerent,
ex gravidis ſpicis ferret & Alter opes:
Annuit è Cælis DOMINUS, nexâq; catenâ
ex auro, Patriæ Te religavit humo.
Hac Tyrij poterant Suum Apollinem in Urbe tenere
Absq; manu, terrîs, & ſine mente, Deum!
Ut verò lætus, ſic vinctus, ſponte maneres,
Te Sponſum fecit. Nil eo amabilius!
Adduxitq; Tibi roſeam, cum melle, Puellam,
ut Tua vincla forent, vincula lætitiæ.
Nunc poteris varij generis protrudere fructus,
Ipſe domi atq; foris commoda mille feren

Fructibus ingenij gaudebit Patria, in ulnis
atq; gerendo Alios, geſtiet Alma Parens.
Quæ tandem Patris nuper caput extulit, Et nunc
producit Gnatum, ſit Benedicta Trias!
His tædis quotquot magno agmine vota ſerentur
pro vitâ Sponſi, ſint rata vota precor!
Huic etiam nunquam liceat ne vivere ſolum,
pro vitâ Sponſæ, ſint rata vota ſimul!
Proſperet in Cælis Genitor, qui Numine ſanxit
occulto Veſtrum (ſcîs bene!) conjugium.
Aurea per ſomnum ſplendebant undiq; dona,
Vox aderat; cape sîs, Omnia Jova dedit!
Aurum fulget; ſed magis aurea vincula Pacis:
Veſtrum igitur ſternat Gratia DIA torum!
Asſiſtat Dominus! procul, ô procul eſto Maligne!
Sit ſemper Veſtræ firma columna domus.
Ilam fœcundet Soboles, videantq; Parentes
Natos Natorum, ſemina larga Bonæ
Pubis, & hâc liceat Senibus revireſcere, at unà
Creſcere virtutum ſemina, ſparſa ſolo. *(dis,*
JANE ERNESTE, mei verè pars altera cor-
atq; mihi atq; meis fidus amore mane!
In quo hodiè Magni PATRIS es ſpes florida, fias
Re, MATRIS maneas Dulce refrigerium!

NOBILISS. SPONSS. PARI

DN. JOH. ERNESTO SCHMIEDE

AFFINI SUO HONORATISS.

ET

ADELGUNDÆ HOFMANNIÆ,



Xcoluit variâ mentem SCHMIEDENIUS ar
Doctrinâq; vigens ubere pectus habet.
Ille hominum mores multos cognovit, & Urb
Sollicitis lustrans omnia luminibus. (ta
Quicquid habent toto Celebres dudum orbe
Gallia quicquid habet, Suecia quicquid hab
Teutona quod tellus gremio complectitur almo;
Italiæ quicquid terra superba tenet:
Ille oculis hausit cupidis, & pectore prompto
Imbibit, hinc variâ nobilitatus ope.
At nunc: Aulæ, inquit, quas usurpasse juvabat,
Quas ita mirabar, porro valete mihi.
Et Tu, quam vidi; cujus solennia nuper
Descripsi calamo Gaudia, Roma vale.
Una Aulas superat cunctas HOFMANNIA Virgo:
Cujus amor Româ jam mihi major erit.
Ille hæc. At læti meritò gratamur Amici,
Feliciq; damus prospera vota toro.
O faveat tædis sancti DEus autor amoris!
Nobile Par faustos sentiat usq; dies!
Auspiciis jungant dextras, animosq; secundis,
Floreat optato semper honore Domus:
Tum nata è casto soboles dulcissima lecto
Mille olim Magno gaudia fundat Avo!

Felicis ominis causa,

Scr.

DAN. Haderschlieff/

Quod ratum esse jubeat Animarum nostrarum Sponsus!

NOBILISSIMUS DOMINUS

JOANNES ERNESTUS SCHMIEDEN,

SPONSUS,

Itemq;

NOBILISSIMA VIRGO

ADELGUNDA HOFEMANIANA,

SPONSA,

cùm Sacris Connubialibus initiarentur solemnitèr,

Felix Sibi invicem Conjugium

apprecati sunt

hôc ex ipsorummet Nominibus

productô Anagrammate

Herô-Adonico.

[*abject.* *adspirat.*]

Gaudia, da, céli nos indefessa manere,
NUMEN, & Annos!

* Ità scribi posse e-
cit derivatio, quæ
nullis placet, à
ndo vel occultan-
apud Nic. Perott.
c.Sipont.in C.C.

Cujus Interpres esse volui

& honoris & amoris ergò

MICHAEL BÜRICH,

ad St. Catharinam Diac.

VOTUM
Pium, Ardens & Properatum,
QVO
AUSPICATISSIMAS NUPTIAS
NOBILISSIMI DOMINI
JOANNIS ERNESTI SCHMIEDEN,
Genere, Eruditione, Peregrinationibus, Lingvis
Eminentissimi JUVENIS,
SPONSI,
ET
NOBILISSIMÆ, VIRTUTUMQ; DECORE
EXORNATISSIMÆ VIRGINIS
ADELGUNDAE HOFF-MANNIAE,
SPONSÆ,
GAUDENS LUBENSQ;
Debitæ memoriæ & gratitudinis ergò,
pro magnis in se beneficiis,
qvondam in domo Sponsæ collatis;
prosequitur
PETRUS Schönwaldt Strasburgo-Pruss.
in Insulâ Gedanensi Zunderensis Past.



QUid de Te, SCHMIEDEN, mea sit meditata Camœn
Commemorabo metris paucis: legitote sereno
Hæc omnes vultu, ex animo qvæ candida Musa
Grato largita est, permagnis pro benefactis.
Inseruit titulo summo, Deus ipse *Parentem*
Qvòd *meritum*, & Gedani *optato* Respublica magni
Summarum Summam nuper commisit, ab ALTO
Sic recta, ex animo Gedanensi corditus Urbi
Gratulor: en *Patriæ* huîc *Patri* sunt propria nostro,
Qvem *Phœbus tollit* doctrinæ laude peritum,
Insita quem *Suadæq; polit* melligo rotundæ,

Et qvem *Sarmatiæ Reges* non ultimò *amárunt*;
Rara fides, *Pietas*, *Sapiens Prudentia*, *Curæ*,
Relligionis amor, *Rectum*, *Candor sine fuco*,
Et Gravitas comis, *divesq; peritia rerum*:
Cætera non dico, qveîs ipsum fama opulentat
Atq; domi atq; foris hautq; aurem ullius adulor,
Norunt hæc cives, gaudent qvi CONSULE tanto,
Qveîsq; ipse est dignus. Sed miror facta Jehovæ
Intuiti Gedanum, qvi largo è fonte favoris
Magnos cum magnisque Viros, *instante periclo*,
Et doctos doctis junxit. qvis fausta negabit
Hæc Fidei argumenta Ratæ? plebs subjuga pro qvâ
Corporis obsequium, & mentis debemus honorem.
O det REX REGUM, *solus qvi cuncta suopte*
Arbitrio facit in Terris, *Regesq; potentes*
Armat & exarmat; *sine qvo nil sidera possunt*,
Nil Sors, *nil casus*, *nil fata*, *hominesq;*, *vicesq;*:
JUSTUS sed scelera ob cogentia concutit orbem;
Ut semper solito raptetur ad ardua zelo
Incrementa DEI verbi, si flagitat usus,
Tutanda! ut sarto & genuino semine constet.
Hoc erit esse Deum mortalem. Jova salubrem,
Sic formatum, Urbi semper servabit, obire
Munia Justitiæ, Sacras & condere Leges,
Qværere & aucta suæ Patriæ quò commoda posfit,
Qvæq; adsunt dubia in meliori parte locare.
Omnia cùm nutent. O semper, qvod fuit, estq;
Sit, populo *anchora*, desertis *solamen*, *asylum*
Afflictis, Viduis *Judex*, *Pater* atq; relictis,
Exulibus *portus*, peregrinis *pectus apertum*, (&

Paganis

Paganis) Musis *fulcrum*, qvas erigat *amplo*
Præsidio! affatu toties dignatus amico
Cultorem Phœbi, calamo, non immemor hujus,
Qvi dabit, ut meritis nunc clarus *Schmiedius Heros*,
Tantis, sit famæ nullum reticendus in ævum,
Et Gedano, (qvod *tale*, *omniq; ex asse beatum*
Omnipotens servet, per tot discrimina rerum!
Posteritati omni vivat sed nobilis *Atlas*.
Sed qvid ego? cujus sunt laudibus omnia plena,
Commendabo VIRUM ignotus? qvi dicere vota
Sponsis promisi. O qvæso bona verba Catonem.
Ipsa *Fabri fabrica excellens* jussit *fabricare* hæc
Magni, animum gratum: cujus *Nato* est hodierna
Donata ad thalamum lux. De qvo paucula dicam.
Accepit Sponsam se dignam cælitus. ô rem
Magnam! qvam Sponsus meruit sibi laude, politus
Artibus egregiis, cor de meliore metallo
Cui Numen dedit, Ingenij & subtilis acumen;
Pro qvo pergratus Musas pietate decoras
Effecit, *sine qvâ qvævis sapientia sordet*
In Domini obtutu. Tum dogmata juris, & Æqvi
Impiger addidicit, memorataq; scivit ad ungvem.
Sic ipsum depinxit Fama forisq; domiq;.
Hinc post tot visas peregrino tramite Terras,
(Qvas vel *Romulidum* Præsul, vel *Gallia* mulcet,
Aut quas *Germani*, *Sveci* inhabitant, *Bataviq;*)
In Patriam rediens, gestu Scriptisq; labores
Ipsâ perdignos monstravit, gaudia turba

Hos

Hos cernens manifesta dedit; sub vincula amoris
Colla maritalisq; ut mittat, fortiter instat,
Qvò posthac iter absolvat magnum, egregiumq;,
Hoc facis, amplexus svasus sapiens sapientum,
Sponse hodiè, obsequio tibi plusq; mereris honoris.
Cur verò *HOFFMANNI* venisti ad pignora ademti
Terris, O *Patriæ Spes*, *Familiæ columenq;*
An tantùm ut *formosam* habeas *teneramq;* puellam;
Rara & *fortunæ* fallacis cætera *dona*?
Non: gravior movit res & magis ardua mentem?
Nimirum *Pietas*, & *Avitus sangvinis ortus*
Nobilis, atq; *pudicitia*, & celeberrima *mentis*
Munera. Et in nuptâ numqvis bona plura requiret?
Gratulor ergo Tibi qvod talis contigit uxor,
Sponse, *piæ* ut faciat lætum te *prole* parentem,
Qvò multos videas *natos*, pluresq; *nepotes*;
Atq; thorum foveat *Charis* & *Concordia* Dia.
Nestoris ut videatis fausti sidera læta;
Herbescant majora bonæ & præconia *Famæ*,
Qvæ tandem *Natum* possint *æqvare* PARENTI,
Et *genitos ex Te Tibi*; *congeriesq; bonorum*.
Tot vobis dentur, volucres per nubila pennas
Qvot celeres agitant, nutrit vaga terra ferasq;,
Astra & qvot Phœbo antipodes rutilant retepente:
Hæc ego corde precor: FIANT! DEUS addito FIENT.

Ad

Nobilem Generosum

JOANNEM ER-
NESTUM SCHMIEDEN,

ex Suetia nuper cum Legatione Regia
feliciter Reducem,
ibidemq; & gratia singulari Regia
&
Regio plane dono
condecoratum,

JAM SPONSUM.

I.

JOANNES ERNESTUS
SCHMIEDEN,

Per Anagramma.

EN! NONNE SEMIDEIS CHA-
RUS EST?

II.

JOANNES ERNESTUS
SCMIEDEN,

Per Anagr.

ANN' INTER OMNEIS DECUS
ES? ES!

III,

Si quantum Virtutis habes, & Sortis habebis,
Et Patriæ & gentis gloria, SCHMIEDEN, eris.

Parisiis f.

CAROLUS COMMON, PARISINUS
MATHEMATICUS REGIUS.

IOANNES. ERNESTUS. SCHMIEDEN
GT. VIRT. ET. LITR. ANTIQ.
ADELGUNDAM. HOFFMANNIAM
GR. FORMA. AC. MOR. TALASSIO. DIGN.
VOLENT. AUSPIC. A. PARENTE. SUA. COEMIT
ET. IV. NON. DEC. V. FAC. DOM. DUX.
FELICITER
GTL. ACCLAM.
SUBJUGO. ET. PREMÆ
THUS. ET. MERUM. SAC.
EGO. PROSPERE
ET
QUOD. C. ET. D. VOTO. CEDAT
PRO. SAL. ET. HON. US.
AMPL. ET. TRANQ. GT.
JOV. CUST.
JUN. SOSP. LUC. VIRIPL.
RITE
H.
L. M.
SPL.
ELIAS SCHRÖDER.
A. P. S. CIↃ IↃC. LV.

Ad

Nobilem Generosum

JOANNEM ER-
NESTUM SCHMIEDEN,

ex Suetia nuper cum Legatione Regi
feliciter Reducem,
ibidemq; & gratia singulari Regia
&
Regio plane dono
condecoratum.

JAM SPONSUM.

I.

JOANNES ERNESTUS SCHMIEDEN,

Per Anagramma.

EN! NONNE SEMIDEIS CHARUS EST?

II.

JOANNES ERNESTUS SCMIEDEN,

Per Anagr.

ANN' INTER OMNEIS DECUS ES? ES!

III.

Si quantum Virtutis habes, & Sortis habebis,
Et Patriæ & gentis gloria, SCHMIEDEN, eris.

Parisiis f.

CAROLUS COMMON, PARISINUS
MATHEMATICUS REGIUS

IOANNES. ERNESTUS. SCHMIEDEN
GT. VIRT. ET. LITR. ANTIQ.
ADELGUNDAM. HOFFMANNIAM
GR. FORMA. AC. MOR. TALASSIO. DIGN.
VOLENT. AUSPIC. A. PARENTE. SUA. COEMIT
ET. IV. NON. DEC. V. FAC. DOM. DUX.
FELICITER
GTL. ACCLAM.
SUBJUGO. ET. PREMÆ
THUS. ET. MERUM. SAC.
EGO. PROSPERE
ET
QUOD. G. ET. D. VOTO. CEDAT
PRO. SAL. ET. HON. US.
AMPL. ET. TRANQ. GT.
JOV. CUST.
JUN. SOSP. LUC. VIRIPL.
RITE
H.
L. M.
SPL.
ELIAS SCHRÖDER.
A. P. S. CIↃ IↃC. LV.

CORONA ANAGRAMMATICA

EX FRAGRANTISSIMIS VIRTUTUM FLOSCULIS

FLORENTISSIMI SPONSORUM PARIS;

GENEROSI JUVENIS

DN.

JOANNIS ERNESTI SCHMIEDEN,

ET

NOBILISSIMÆ VIRGINIS,

ADELGUNDAE HOFFMANNIAE,

LYCOPHRONICÆ ARTIS TORULIS CONTEXTA

ET

NUPTIIS EORUM GEDANI

A° M.DC.LV. IV. NONAR. DECEMBR.

CELEBRATIS

CUM VOTO CONSTANTIS FIDEI ET AMORIS

DEDICATA

A

JOHANNE GEORGIO MOERESIO,

SCHOLÆ PETRO-PAULINÆ RECTORE.

DANTISCI, TYPIS VIDUÆ GEORGII RHETII.

I,

JOANNES ERNESTUS SCHMIEDEN,


Anagramma,

En ſciens, tenens ius deamor.

JOANNES ERNESTUS SCHMIDEN,

Anagramma,

En ſciens, tradens omne ius.



A Patriâ ætatis deamari à limine primo
Cura tibi, SCHMIEDEN, Vir generoſe, fuit.
TE ſed ut illa ſuo dignum cenſeret amore,
Cum Phœbo & Muſis res tibi crebra fuit.
Quæ tibi culturâ aſſiduâ virtutis & artis
Ingenium & mores expoliêre tuos.
Quæ TE juſſerunt conſortia amare virorum,
A quorum eloquii mel fluit ore merum.
Exercere ſtylum & dicendi ſœpe magiſtrum,
Orandi cauſas qui facit artifices.
Cum ſtudiis reliquis juris præcepta dederunt
In docto Patrii pulvere Gymnaſii.
Rerum uſûs terrarum alieno ſole calentum
Suggeſsère tibi de locuplete penu.
Unde fit, ut Romano, Italo, Gallo atq; Polono
Perfectè paſſim noveris ore loqui.
Et te commendet veneranda ſcientia juris,
Juris, quo Patriæ nititur ipſa ſalus.
Tantis nunc meritò deamat te Patria donis
Iuris conſpicuum flumine & eloquii.

Herr Joann Ernest Schmieden/

Versetzt/

Der ist ein schöner Ehren-Man.

WEr ewern schönen Leib / die Wohnung frischer Jugend/
Wer ewre edle Seel'/ die Herberge der Tugend/
Wer ewern wehrten Stamm / das Adliche Geblüt/
Wer ewre Schatz-Kammer der Künsten/ das Gemü
Wer ewre Zierligkeit der höfflichen Gebärden/
Die hie und anderswo an Euch gepriesen werden/
Wer ewre Freundligkeit/ wer eweren Verstandt/
Wer ewre Hurtigkeit und wol-geübte Hand/
Wer ewer Reden und wer ewer kluges schreiben/
Wie Ihr dasselbe pflegt nach RednerKunst zu treiben/
Wer ewer gehn und stehn / wer ewer Thun sieht an/
Der spricht: Herr Schmieden ist ein schöner Ehren
Man!

III.

ADELGUNDA HOFFMANIA,

Anagramma,

En dona, fama fulgida.
En fida, amanda fulgo.

I.

En dona, fama fulgida.

Seu dona Naturæ tuæ,
Seu sortis ampla munera,
Seu corporis dotes tui,
Seu famæ honores cōspicor.
HOFFMANNIANA, in TE, ve-(nus,
BOBBERTII PræConsulis
Neptis, relucent omnia
En dona, fama fulgida.

II.

En fida, amanda ful

Si laude digna Virgo,
Quam prædicat probata
Mentis fides apertæ,
Est laude digna certè
HOFFMANIA atq; am
Nam fida, amanda ful

IV. JOA

JOANNES ERNESTUS SCHMIDEN,
ADELGUNDA HOFMANNIANA,

Anagramma,

Næ mens una duo corda ligans, tenens, fide animans.

FRustra quærit Eris viam ad cubile,
Quod Vobis, Neonymphi, amica Juno
Sternit, flore suæq; faustitatis
Conspergit, prohibebit ejus artes
En Concordia, cûi, Deo jubente,
Est concredita cura cœlo ab alto
Vestri conjugii, illa vos perenni
Ambos commoditate prosperabit,
Et vos prolifero in thoro parentes
Optatâ efficiet piâq; prole.
Nam *mens una ligat* duorum amico
Vinclo *corda duo, tenensq;*
Hæc irrupta *animat fide* perenni.

V.

Herr Joann Ernst Schmieden/
Jungfraw Adelgunda Hoffmannin/

Versetzt/

Wir sind from / an Art / an dem Sinne / an Hoffnung und an Ehre gleich.

ERewet Euch/ ihr EheLeute/
Fasset einen guten Muht/
Jauchzet frölich alle beyde/
Gott wird machen alles gut:
Frömigkeit und Gleichheit geben
Ein glückseligs Ehe-leben.

Thut/ wie ihr biß her gepfleget/
Von der ersten Wiegen an/
Auff die Frömmigkeit euch leget/
Die Euch Segen geben kan:
Frömigkeit und Gleichheit geben
Ein glück- und friedliches Leben.

Frömigkeit hat Fried' und Leben/
Auch den Himmel in der Hand
Und kan dieses alles geben
Dem / der sich zu ihr gewandt:
Frömigkeit und Gleichheit geben
Ein friedliches Ehe-leben.

Wo sich Gleichheit an Art findet/
Da ist auch der Liebe Pfand/
Die zwey trewe Hertzen bindet
Mit unaufflößlichem Band:
Frömigkeit und Gleichheit geben
Ein fried- und glückliches Leben.

Wo die Gleichheit ist an sinnen/
Da geht alles wol von stat/
Was nur solche Leut beginnen/
Einen guten Außgang hat:
Frömigkeit und Gleichheit geben
Ein Glück- und friedliches Leben.

Hoffnung/ die mit Glaubens Banden
Fest zwey Hertze bindet an/
Machet solche nicht zu schanden/
Sie auch nicht betriegen kan:
Frömigkeit und Gleichheit geben
Ein glückseligs Ehe-leben.

Gleichheit an dem Stand und Ehren
Ist ein Band der Einigkeit/
Diese wird von dir abwehren/
Edles Paar/ den Zanck und Streit:
Frömigkeit und Gleichheit geben
Ein friedliches Ehe-leben.

Nun der grosse Gott verleyhe/
Daß sein Segen/ Edles Paar/
Auff dich regne/ auff dich schneye/
Und diß an dir werde wahr:
Frömigkeit und Gleichheit geben
Ein glück- und friedliches Leben.

Ehren-Gedicht
Auff das Hochzeitliche Frewden-Fest
Des WolEdlen und Vesten
Herrn Johann Ernst Schmieden/
wie auch
Der WolEdlen / VielEhr- und Tugendreichen
Jungfr. Adelgunda Hoffmannin/
So gehalten im Jahr
1 6 5 5.
auffgesetzt
von
JOHANNE GEORGIO MOERESIO.
der Schul zu St. Pet. und Paul Reckt.

Der Kunst und Tugend Lohn.


Ol dem/ der die Musen liebt
In dem Früling seiner Jugend/
Wol dem/ der sich fleissig übt
In den Sprachen/ in der Tugend:
Phœbus solchem giebt zu Lohn
Eine schöne Ehren-Cron.

Muß er schon offt früe auffstehn
Vnd biß in die Nacht hin sitzen/
Durch viel Städt' und Länder gehn/
Offtmals frieren/ offtmals schwitzen:
So gibt Phœbus doch zu Lohn
Endlich eine Ehren-Kron.

Durch die Arbeit/ durch den Fleiß/
Die wir in der Jugend treiben/
Kommen wir zu Ehr und Preiß/
Vnd nach unserm Tode bleiben:
Fleiß und Arbeit gibt zu Lohn
Eine schöne Ehren-Kron.

Aus des Pöbels Staub und Sand
Vnser Nahme wird getragen
Durch des Fleisses edle Hand

Auff der Famæ guldnen Wagen:
Da uns Phœbus gibt zu Lohn
Eine schöne Ehren-Kron.

Plato, Aristoteles,
In der weisen Männer Orden/
Socrates, Empedocles
Sind berühmt durch Arbeit worden:
Phœbus ihnen gab zu Lohn
Die stets-grünend' Ehren-Kron.

Fleiß entnahm den Cicero,
Sampt den andern weisen Heyden/
Flaccus, Naso und Maro
Dem gesteckten Ziel der Zeiten:
Phœbus ihnen gab zu Lohn
Eine grüne Lorbeer-Kron.

